Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De iustistia et iure - Cod. Ettenheim-Münster 197

Bach, Iacobus

[S.l.], 1636

Sectio VII.

urn:nbn:de:bsz:31-117148

Visual Library

damnat huiusmodi praxin ut contrariam iuri nat[ura]li et positivo, multi tn Scriptores quos refert et sequitur Lessius ibi illam defendunt, et quidem cum illis limitationibus quas addit, n[on] videtur improbanda scilicet ut fiat in gravibus causis, ut in furtis, homicidijs etc, et n[on] ad nudam cognitionem sed propter bonum Reipubl. ad quod videtur necessarium ne delicta impunita praebeant occasionem iniquis hominibus Rempubl. suis sceleribus turbandi et innocentes laedendi.

Ratio praecipua est, quod necessitas infamiae praecedentis n[on] est de iure nat[ura]li, ut fatetur Soto lib. de secreto memb. 2. conclus. 2. dub. 2. et Valentia in praes. disp. 5. q. 14. dub. 1. §. 3. est praecipue notandum, sed solum de iure positivo humano, potuit a legitima et probabili consuetudine praescribi contra illud Ius positivum in eiusmodi delictis et cum ea limitatione, consuetudinem a probat ipsa praxis videntibus et tacentibus Principibus tam Ecclesiasticis quam saecularibus, n[on] est ergo damnanda illa Iudicum praxis, praesertim cum nunquam Iudex possit ex seipso incipere inquisitionem, sed semper praecedat aliqua denunciatio, vel aliquid supplens vicem denunciatoris, existente a denunciatore n[on] requiri infamiam praecedentem, fatetur etiam Suarez ubi s[upr]a. cap. 12. num. 6. Argumenta vero contra hanc partem solvit bene Lessius loco citato.

De reo ipso et de testibus, quomodo teneantur respondere Iudici interroganti per inquisitionem generalem, vel specialem aut ad instantiam partis, dicemus disp. sequenti agentes de testibus et reo.

SECTIO VII.

Quomodo Iudex procedere possit per accusationem vel denunciationem?

Diximus de primo modo procedendi per inquisitionem generalem et specialem, nunc videamus de alijs duobus, scilicet quando praecedit accusatio et denunciatio. differunt a accusatio et denunciatio in aliquibus, nam qui accusat suscipit in se onus probandum, qui denunciat solum defert Iudici crimen, ut ipse pro suo debito et providentia invigilet et consulat bono publico. Alias differentias leviores inter accusationem et denunciationem vide apud Authores, praesertim apud Valentiam in praes. disp. 5. q. 12. punct. 1. Suarez ubi s[upr]a. cap. 8. num. 1.

Denunciatio item dividitur in fraternam et iuridicam.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

dicam: fraterna seu paterna e, quâ aliquis recurrit ad Prælatum
n. vt ad Iudicem vt puniat, sed tanquam ad patrem vt provideat
bono delinquentis; iudicialis verò seu iuridica e, quâ recurritur
ad Superiorem tanquam ad Iudicem vt pro sua potestate provide=
at bono publico e coitatis puniendo exercendo suum munus more iuri=
dico, differentiam inter has duas denunciaoes latè ht Suarez dict. cap. 8.

Omissa ergo denunciaoe paterna, quæ magis spectat
ad maam de Charitate, dicemus nunc de iudiciali quæ e propria
huius loci. & primo dubitari pt de illa: an vt licitè fiat, requirat
etiam infamiam præcedentem, sicut requiritur ad inquisitionem
specialem faciendam. supponimus a. neminem pôe licitè denunciare
iudicialiter nisi qd bona fide putat pôe in iudicio legitime pro=
bari, alioquin sine vllo fructu infamaretur proximus per illam
inutilem denunciaoem.

Hoc supposito prima sentia docet, neminem pôe iuri=
dicè denunciare peccatorem occultum, etiamsi pôit illius crimen pro=
bare, nisi crimen sit tale, qd redundet in grave damnum Reipubl.
vel alicuius innocentis, iuxta ea quæ de inquisitione speciali dicta
st. hanc dicit ee coem Lessius cap. 29. num. 111. & ideo n. audet ab
ea recedere, eandem tenet Manderus in præs. tract. 6. cap. 1. dub. 18.
videtur etiam eam docere Navarrus in manuali cap. 18. num. 56.
affertur etiam Sorianus in 4to in maa de restitutione famæ §. sed con=
tra prædicta; sed tn ibi magis favet opposita sentiæ si attentè legat.
Ratione ptr hac sentia: qa sicut Iudex n. ht Ius inquirendi de
peccato occulto quamdiu occultum e, ita nec alij pôt illud denunci=
are & publicare, illa e publicaoe haberet malitiam detractionis et infamaois &
iniuria contra famam quam proximus adhuc possidet.

Opposita tn sentia videtur verior, quam alij vident
supponere vt coem. ita supponit pro comperto Suarez vbi sa cap. 12
num. 25. & cum alijs tradit Filliucius tom. 2. tract. 40 num. 187.
Ratio a. e, qa sicut pt bonum coe vnusquisq ht facultatem
accusandi iudicialiter quæ probare pt, sic ht facultatem denun=
ciandi absq malitia detractionis, præponderat e. bonum coe, contra
qd eet si hoies scelerati scirent pôe se impunè peccare absq metu
poenæ quamdiu eorum delicta n. eent publica. nec obstat Iudicem
n. pôe inquirere de occultis, præsertim quando n. solum Author sed
crimen ipsum e etiam occultum, nam, vt diximus sectione præcedenti,
maiorem licentiam hnt subditi ad denunciandum quam Iudices ad
inquirendum, sic e. qui accepit iniuriam ab alio pt sine dubio eum
accusare, n. pt tn regulariter obligari a Iudice ad accusandum.

Rationem

Rationem a priori illius discriminis insinuavimus supra, quia nimirum in Iudice esset perniciosa illa ~~[illegible]~~ licentia, nullum enim esset delictum occultum, posset quippe Iudex ex praecepto suo obligare ut omnia delicta occulta manifestarentur, hoc autem maxima esset perturbatio in Republica si omnia peccata etiam occulta punirentur, quis enim esset innocens etiam ab occultis. hoc autem inconveniens non sequitur ex eo quod quilibet possit denunciare quae possunt probari, licet sint adhuc occulta, quia ex hoc non fit quod omnia publicentur sed aliqua, saepius enim qui sciunt non denunciant, vel quia sunt amici, vel quia non pertinet ad ipsos ex officio, vel alijs de causis, quod tamen possit denunciare est valde utile ad injiciendum metum quibusvis delinquentibus et coercendam eorum impudentiam, merito ergo conceditur haec potestas ad denunciandum, licet non concedatur ad inquirendum specialiter ante infamiam.

Dubitatur 2do: an denunciator teneatur praemittere correctionem fraternam antequam denunciet iuridice. S. Thomas in 4 dist. 19. q. 2. art. 3. q[la] 1. ad 4. refert duas sententias. Prima est, quod si peccatum est secretum debet necessario praecedere monitio licet sint testes, si tamen est spes emendationis. 2da vero docet, quod possit statim denunciare vel accusare, et licet neutram explicite determinet, videtur manere in ea quam ponit 2do loco. Primam tamen sententiam tuentur plures, Silvester verbo accusatio §. 3. Durandus in 4. dist. 19. q. 4. Soto 5 de Iustitia q. 5. art. 5. et q. 6. art. 2. et alij ex antiquioribus. Recentiores autem eam docent cum limitatione dicentes non debere praemitti correctionem ex debito Iustitiae, sed tamen debere praemitti ex obligatione Charitatis. ita Lessius in praes. cap. 30. dub. 2. Filliucius ubi supra cap. 7. q. 2. et eandem videtur supponere Suarez dicto cap. 12. num. 42.

Mihi vero placet 2da sententia si sermo sit de denunciatione iudiciali quae ordinatur ad bonum commune, et non ad solam emendationem proximi, quam docent Tabiena, Paludanus, Navarrus, et Soto, quos refert et sequitur Azor. tom. 3. institutionum moral. lib. 13. cap. 21. dub. 5. et Valentia in praes. disp. 5. q. 12. puncto 1. quaesito 3. Unde miror P. Thomam Sanchez lib. 6. consiliorum cap. 2. dub. 5. num. 13. dicere quod omnes Doctores teneant debere praecedere monitionem ~~ad~~ etiam denunciationem, si enim id intelligat de denunciatione iudiciali quando delictum probari potest, non est verum, si autem non possit ad probationem veniri, tunc verum est, quia frustra assumeretur illud medium ad finem qui obtineri non potest.

Ratione autem probatur: quia multum diversus est finis correctionis fraternae et accusationis seu denunciationis iudicialis, nam per correctionem solum intenditur quod proximus emendetur, per denunciationem vero

quod

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

qd puniatur, & satisfiat Reipubl. Et per se loquendo non hnt hæc duo subordinaõem inter se, unde etiamsi per correctionem fraternam proximus fuerit emendatus, adhuc poterit accusari & denunciari adhuc ut puniatur, nam Iudex pt adhuc licite illum punire. Et tu etiam poteris licite procurare qd puniatur, idem e. e bonum qd intendit Iudex puniendo, & qd tu intendis denunciando, scilicet qd puniantur delicta ut timore supplicij hoïes coerceantur & timeant ea perpetrare. discrimen e qd Iudex tenetur punire, subditus a. non semper tenetur denunciare, qa non debet ex officio procurare illud bonum, coeterum uterque intendit idem bonum, quare cum illud sit tale bonum cui postponi posit fama proximi, bene poterit subditus denunciare eum qui iam qa emendatus e. sine. a. pt poe etiam denunciare illum non præmissa monitione, qa si hæc utilis e ad emendaõem fratris, pt adhiberi post denunciaõem, poterit etiam fortasse sæpe oïo prætermitti, qa melius & fructuosius corripietur a Superiore cui denunciatus e quam a subdito.

Dices: teneor ex charitate procurare bonum proximi cum minori eius dispendio Et si per monitionem secretam sperat eius correctio, non possum adhibere denunciaõem. Sed contra, qa hac raõe probaretur nec poe etiam accusari proximum quando delictu e publicum, si speratur corrigendus per monitionem secretam. Rr ergo quando denunciaõ adhiberetur solum ad bonum ipsius proximi, tunc si speraretur æque bene illud bonum per monitionem secretam, deberet quidem præmitti, coeterum in nro casu denunciaõ non tendit ad solum bonum proximi, sed ad bonum coïe, qd quidem possum præferre illi bono proximi, licet non semper tenear, ut dixi, qa bonum illud coïe non semper e adeo necessarium ut obliget oës ad denunciandum vel accusandum.

Objiciunt illud Matth. 18. ubi Chrus præcipit corripere fratrem priusquam deferatur ad Ecclesiam. Ro inprimis illum locum illum locum illius a multis de delicto solum contra ipsum denunciantem, ut colligitur ex verbis illis: si peccaverit in te frater tuus. quam explicaõem latè probat Suarez ex multis PP. ubi s.a cap. 7. a num. 7. & probabilem ee fatetur num. 13. Alij volunt ibi non ee præceptum sed consilium illius ordinis servandi, ut ex Bonavent. & alijs probat idem Suarez ibi num. 9. sed quicquid sit de hoc, pro nunc Rr sermonem ibi ee de denunciaõe illa quæ fit solum ad lucrandum fratrem, in qua, ut diximus, attenditur solum ad bonum illius, non a. de illa quæ fit ppter bonum superius quale e ad bonum coïe.

Unde obiter adverte in iure Canonico non admitti

denun=

denunciaõem nisi praecedente monitione, vt in capite nouit de iudicijs cap. qualiter & quando 24°. de accusat. q̃a nimirum quando denunciator nolebat assumere onus probandi & munq accusatoris, n̄ admittebat eiq denunciaõ nisi in ordine ad bonum fratris iuxta ordinem Euangelicum, & in hoc debet fundari differentia quam aliqui inueniunt inter Iudices Eccliasticos & saeculares, q̃d hi admittant denunciaõem sine monitione praecedenti, illi verò eam n̄ admittant, vt cum alijs docet P. Azor dicto lib. 13 cap. 20. dub. 5. hoc a. fuit introductum ad vitandas nimias calumnias ~~mo̅~~ in foro Ecctiastrijo.

In aliquo tn̄ casu concedi poẽt debitum charitatis & fortasse Iustitiae obligare ad n̄ denunciandum, si v:g: peccasset secreto vir grauissimq, ex cuiq infamia scandalum maiq sequeretur in Republica quam bonum ex eiq cognitione, faciliq e. peccarent hoĩes & contemnerent honestatem videntes viros primarios aut Religiosos eximiae opinionis eisdem vitijs irretitos, tunc certè n̄ eẽt Ius accusandi, q̃a sine attentione vlla ad bonum coẽe infamaretur proximq, cum ex denunciaõe malum potiq quam bonum coẽe sequi poẽt. Regulariter tn̄ magnum bonum consequitur ex cognitione delicti, & ideo puniuntur rei in loco publico, vt illo exemplo hoĩes deterreantur & fugiant turpitudinem vitij.

Dubitatur 3tio: vtrum superior poẽt transire a denunciaõe paterna ad iudicialem, v: g: detulisti Praelato tanquam patri peccatum fratris, Praelatq per seipsum & postea coram testibq corripuit paternè delinquentem, ipse tn̄ contumax vel n̄ emendatur, vel culpam n̄ agnoscit, quaeritur: an tunc Praelatq poẽt relinquere modum procedendi paternum & assumere personam Iudicis ad coercendum subditum. Affirmat Azor dicto lib. 13. cap. 21. dub. 9. cum aliquibq Canonistis, quos affert, q postea tn̄ cum explicat suam sentiam, videtur conuenire cum contraria sentia, exigit e. fieri de nouo, nouam denunciaõem iudicialem coram Praelato tanquam iudice, hac a. denunciaõe noua posita q nemo negat poẽ iam Praelatum procedere ordine iudiciali relicto priori ordine paterno. Difficultas ergo ẽ an ipse Praelatq qui priq implaratq fuerat vt pater, poẽt relinquere personam Patris & transire Iudicem quando paterna prouidentia subdito n̄ fit.

Coĩs sentia negat id fieri poẽ. ita Suarez dicto cap. 12. num. 13. Soto de secreto memb. 2. q. 2. & alij. Ratio ẽ, q̃a tunc nullam notitiam ht qua poẽt vt Iudex inchoare iudicium, supponimus e. n̄ procedere infamiam. rursq nec ẽ qui iudicialiter accuset

vel

vel denunciet, nullo ergo modo hēt viam procedendi nisi ille, qui denunciavit ut patri, velit denunciare iudicialiter.

Ab hac com̄i & verā regula duæ exceptiones pōt fieri. Prima ē qd̄ [secundum] delictum ēēt in grave damnum Reipubl. vel alicuius innocentis, tunc ~~demum~~ [enim] sicut Iudex pt̄ ad præcavendum illud damnum procedere & postponere famam delinquentis, sic etiam pt̄ illa notitia uti quam habuit ut pater dummodo habita sit extra confessionem & obligare denunciantem ad denunciandum iudicialiter, & ipsemet denuncians tenebitur id facere, si n̄ suppetit alia via ad impediendum damnum publicum vel innocentis. Qd̄ si noluerit adhuc iudicialiter denunciare, poterit Prælatus constituere fiscalem qui ex officio denunciet & tunc interrogare primum denunciantem tanquam testem, & ipse tenebitur iam respondere, nisi forte excusetur, eo qd̄ sit complex delicti, vel q̄a ex illa testificatiōe meritò sibi timet grave damnum, cui vitando n̄ debeat anteponere illud aliud bonum publicum vel innocentis qui patitur ab eo delinquente.

2da exceptio ēē pt̄ quando per viam paternam Prælatus n̄ consequitur emendatiōem subditi & sperat eam consequi per viam iuridicam, adhunc ē finem pt̄ transire similiter in processu iudiciali obligando delatorem ad denunciandum iuridice, ut dictum ē, q̄a sicut hoc pt̄ facere pp̄ vitandum damnum tertij, poterit etiam pp̄ damnum ipsius delinquentis, cuius curam n̄ minorem habere debet Prælatus. ita Soto ubi s.ᵈ lib. 5. de Iustitia q. 6. a. 2. concl. 4. ubi hanc exceptionem expressè posuit. Debet a. tunc Prælatus procedere ad ~~cognitionem~~ [pu…] solum quatenus necessaria ē ad emendatiōem subditi quam intendit, q̄a cum totus ille processus assumatur tunc solum pp̄ bonum ipsius subditi, n̄ debet progredi ultra illos terminos boni subditi.

Circa hoc tn̄ dubitari adhuc pt̄: an Prælatus quamdiu adhuc procedit in foro paterno & ante processum iudicialem pōt subditum rebellem excōicare. Aliqui negant, q̄a forum paternum n̄ ordinatur ad sententiam, qualis ē sententia excōicatiōis. Alij tn̄ probabilius affirmant. ita Soto ubi s.ᵃ & Suarez dicto cap. 12. num. 39. & probant ex verbis Chri: si Ecclesiam n̄ audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus. ubi sermo videtur ēē de denunciatiōe paterna facta post unam & alteram monitionem fraternam, & ~~tam~~ [tamen] supponit tunc Prælatum pōe subditum contumacem ab Ecclesia separare. Ratio a. ē, q̄a licet forum paternum ordinetur ad bonum filij, adhoc tn̄ ipsum bonum filij requiritur qd̄ ~~patrem~~ pater coercere eum pōt

poena

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

poena aliqua secreta, & sicut Prælatus ut pater pt illi sub peccato gravi iniungere poenitentiam aliquam medicinalem quæ necessaria iudicatur ad vitandum recidivum, sic etiam poterit sub poena Excomunicationis imponere satisfactionem pro delicto, quis e. filius est teste Paulo ad hebr. 12. quem n castigat pater?

Maius dubium e: an poss Prælatus adhuc ut pater excomunicare subditum contumacem sine ulla spe emendationis ipsius. Soto e. dicto lib. 5. de Iustitia tom. citt.o affirmat. Alij tn verius id negant, cum quibus sentit Suarez ubi supra, qa tota illa via paterna n tendit ad bonum punitionis sed emendationis & ea solum pt adhibere quæ ad hunc finem censeantur utilia. qa tn regulariter sperari pt fructus ex hac censura, poterit etiam Prælatus regulariter hoc medium adversus filium contumacem adhibere. poss etiam sine spe emendationis illum excomunicare, quando ubi est id necessarium ad bonum aliorum, nempe ut separetur ab alijs membrum putridum ne illos inficiat, hoc e. spectat etiam ad patrem ut patrem, præcise tn sistendo in bono punitionis n videtur pertinere ad patrem in via paterna ut excomunicet filium.

Denique dubitari pt. utrum quando denunciatio iudicialis n e necessaria ad impediendum grave damnum publicum vel privatum alicuius innocentis, poss adhuc Prælatus, ~~tunc~~ cui tanquam patri aliquis denunciavit delictum subditi, obligare eum ad denunciandum hoc ipsum iudicialiter. P. Suarez ubi sa. cap. 11. in fine dicit timendum ee tale præceptum quantumvis Prælatus minus prudenter illud imponat, postea tn cap. 12. num. 43. insinuat eiusmodi præceptum n obligare, qa e contra bonum publicum, nam deterreret subditos a deferendis criminibus ad Prælatum tanquam ad patrem videntes se statim obligari ad denunciandum iudicialiter, e hoc etiam mihi pbt præsertim respectu Prælati sæcularis, nam regularis maiorem videtur habere potestatem e magis urtem ex voto obedientiæ, quo subditus se obligavit ad obediendum in oibus præceptis licitis & honestis quæ n sint contra vel præter institutum regulare, quare præceptum Prælati regularis in prædicto casu magis timendum eet.

Sectio 8.